Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

est. Et ascendit sicut virgultum coram eo. & sicut radix
de terra sitienti. Non est species ei. neq; decor. Et vidimus eum & non
erat aspectus. & desiderabimus eum despectum. & novissimum virorum.
virum dolorum. & sicutem. & quasi abscondit vultus eius & de
spectus. Unde nec reputavimus eum. Vere languores nostros ipse
tulit. & dolores nostros ipse portavit. & nos putavimus eum
quasi leprosum. & percussum a deo & humiliatum. ipse autem vul
neratus est propter iniquitates nostras. attritus est propter scelera nra.
Disciplina pacis nre super eum. & livore eius sanati sumus. Omnes
quasi oves erravimus. unusquisq; in via sua declinavit. &
dns posuit in eo iniquitatem omnium nrm. Oblatus est
quia ipse voluit. & non aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur.
& qsi agnus coram tondente se obmutescet. & non aperuit os suum.
De angustia & de iudicio sublatus est. Generationem eius quis enarrabit.
quia abscisus est de terra viventium. Propter scelus populi mei
percussi eum. Et dabit impios pro sepultura & divitem pro morte
sua. eo qd iniquitatem non fecerit nec dolus fuerit in ore eius.
Et dns voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro
peccato animam suam videbit semen longevum. & voluntas dni
in manu eius dirigetur. p eo qd tradidit in morte animam
suam. & cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum
tulit. & pro transgressoribus oravit ut non perirent. Dixit dns
Illo t. Appropinquabat Passio dni s. lucam Omps.
dies festus azimorum qui dicitur pascha. Et querebant principes
sacerdotum et scribe quomodo eum interficerent timebant vero
plebem. Introivit autem sathanas in iudam qui cognominabatur
scariothim unum de duodecim. & abiit & locutus est cum
principibus sacerdotum. & magistratibus quemadmodum illum

210